

August Varenius

Augustus Varenius, D. SS. Theol. Profess. ... ad anniversariam solemnem Angelorum memoriam, ad devotissimam, procustodibus Angelis ... cui Chreubim & Seraphim incessabili voce proclamat: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth pleni sunt coeli & terra gloria tua! reddendam ... Omnes Omnia Ordinum Cives Academicos, in ipso solemni Michaelis invitat, & hoc fine Civitatem Dei ... repraesentat : [P. P. ipso die sacro Michaelis Anno MDCLXIX. sub Sigillo Academicici Rectoratus.]

Rostochii: Kilius, [1669]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn733988660>

Druck Freier  Zugang





T. 512

—
1669. Mich.

~~A-1256.9.~~

AUGUSTVS VARENIVS. D.

SS. Theol. Profess Serenils. Ducum Mecklenburgicorum Consistorii Assessor, h. t. Universitatis Rostochiensis RECTOR

ad anni versariam solemnem Angelorum memoriam, ad
deyotissimam, procustodibus Angelis, eucharistiam, Conditori
thronorum, cui omnes Angeli, cui cœli & universa potes-
tates, cui Cherubim & Seraphim incessabili
voce proclamat:

SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS
DOMINUS
SABAOTH

pleni sunt cœli & terra gloriâ tuâ! reddendam, ad exorandam amphorem Angelorum custodiam, ad sectandam sanctitatem, servorem & modestiam Angelicam, ad desiderandam æqualitatem cum Angelis gloriolam.

Omnis Omnia Ordinum Cives Academicos, in ipso
solemni MICHAELIS invitati, & hoc fine Civitatem Dei, ac in
sanctitatem Angelorum, velut meditamentum Angelicum, oculis animisque repræsentat.



ROSTOCHII,

typis JOHANNIS KILI, Universit. Typogr.

M. 1256



Loriosissima & splendidissima
DEI Civitas, quæ nunc discernitur in
illam, sub fide militantem, & il-
lam, de victoriâ & pace suâ certam
semper ac securâ triumphantem, quæq;
nunc adeo Angelorum hominumque
sanctorum societate absolvitur, ante
hominem conditum, non alios ha-
buit Cives quâm Cœlestem illum po-
pulum, illum infinitum cœnum, illum
Regis universorum innumerabilem
exercitum, illum incomparabilem Spirituum flammandum & jubilant-
ium chorum, illas inquam myriadas myriadum ANGELORVM, qui
ex creatione, omnes initio pulcherrimi, omnes sanctissimè ipso natali
die nasci, quando sc. simul canebant stellæ matutinæ, & vociferabantur si-
mult omnes Filii Dei, Job. XXXIX. 7. & hactenus adeo cuncti exultan-
tes ac celebrantes magis, quâm triumphantes, mox, quibusdam de-
repente in atrocissimum læsa Majestatis divinæ crimen prodigiosa am-
bitione conjurantibus, facti sunt, splendidiore melioriq; numero, mili-
tantes, inde, obtentaq; primâ illâ & admirabili victoria, projecto cum
Angelis suis Dracone, seu Archidæmone, gloriösè triumphantes. Nec
enim dubium, quin prout in illo, quod Servator sibi visum Luc. X. 18.
memorat, Satana, ad instar erumpentis fulguris, e cœlo cadentis, specta-
culo, ita & in prælio illo Michaelis cum Dracone Apocalyptico c. XII,
7. et si utrumq; dictum de triumpho Christi Evangelico, per sanguinem
Agni, & per sermonem testimonii, respectus nihilominus sit ad illum
lapsum Angelorum ante hominem conditum, quando sc. reverâ fuit præ-
diuum in Cœlo, quando projectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vo-
tatur Diabolus & Satanæ. Pulchrè Andreas, Basilii in Cæsareensi Cap-
padocum successor Episcopus, commentator in Apocalypsin ad l. alleg.
Ταῦτε, inquit, τὴν πεάτην τοῦ Διαβόλου ἐξ ἀλαζονείας οὐ φθο-
ρον ἔκπλωσι τῆς Αγγελικῆς τάξεως τὴν θέσην δεσποτικῆν σφροῦ
καθαιρέτει ἀδυοῦσι δύναμιν, ὅπερ ὁ ἄρχων τοῦ κόμου πόλεων τῆς ἀρ-
χαὶς πορευνίδι. ἐκβέβληται δὲ τὴν ἀλαζονείαν τὰς θείους Αγ-
γέλους αἷς τῷ Αρχιερατικῷ ἀντῶν Μιχαὴλ μὴ Φέροντας εἰκὸς αὐτὸν

της ὀίκειας αὐτῶν οὐνοιαργόντες ἀπερρίφασι τούτον.
Pralium illud magnum in celo respicere ad primum Diaboli ex Angelico ordine propter invidiam & superbiam proscripti, lapsum, quem cum sancte Angelii ipseque Archistrategus seu Princeps Michael ferre non possent, ipsum ex suo contubernio & statione projecterint, et si ad alteram Diaboli ruinam per cruentem Dominicam toto orbe prædicatam, & illam victoriam Evangelicā illud reservandum, quando mundi bujus Princeps à tyrannie, quam antea exercerat, de-pulsus est Excidentibus ita Angelorum legionibus, illis palatii coelestis s. Iohannis idoneis & tunc aegyptiis & splendidissimi principatus, & ordinariae propriæque stationis Angelicæ desertoribus, præter illam, haec tenuis nonnisi Angelicam, novam in terris civitatem, cuius incolæ homines condidit Deus, quæ quidem, si qualis condita, talis sibi constitisset, beata ad triumphantem illam Angelicam sine mortalitate universa pervenisset: nunc cum tota haec sit lapsa, per Mediatorem quidem Christum, tota est redemta, tota per Evangelium, ad regnum, unde exciderat revocata: cum tamen ex ipsis vocatis non omnes obedient Evangelio, duplex inde in his ipsis terris enata est Civitas, *terrena* una, altera *divina*. Illa habet infideles, haec credentes, illa Civitatis Dei hostes, haec Dei *domesticos* & *sancctorum concires*, et si vel per superabundantem Domini Iesu gratiam, ex illis ipsis immanibus hostibus quidam sunt hujus divinæ Cives. Et haec illa militans nunc Dei civitas est, in quam ipsi beatissimi extraque omnem lapsus potentiam positi, Sancti Angeli, et si idonei in celo gloriose habent, emittuntur, expressissimisq; virtutibus, & operationibus in ipsâ Ecclesiâ præsentiam militiamq; suam contra Draconem & Angelos ejus testantur. Post proscriptum sc. Celo Draconem & Angelos hujus, ante lapsum hominem, illi beatissimi spiritus triumphabant potius, quam militabant, quin nec pro lapso jam homine, nobiles pugnas edere contra Draconem poterant, ante publicatum mortalibus novum illud ipsiusque *θεατρόν* morte sanctum firmatumq; Pacis instrumentum, rubris literis, Christi sc. sanguine scriptum. Ceterum publicato jam Instrumento illo rubro, explicato in orbe terrarum Crucifixi vexillo, postquam vicit Leo de tribu Juda, idemque totius militiae celestis Conditor & Dux sanguine suo prævivit, & ad victoriâ iter creditibus in se aperuit, prout tumultuantibus frementibusq; terrena Civitatis incolis, illius celestis hostibus, *Draco quoque pugnat & Angelus ejus*, imò in odium illos crudele nun-

quam non impellit, inq; prælium extrudit: ita pugnantibus divinae civitatis militantis incolis, credentibus, quorum fides in crucifixum & ad dextram Dei exalratum est Victoria mundi, invisibili & inexplicabili nobis modo, militant omnes Angeli. Michael & Angeli ejus praetulatur cum Dracone, et si victoria obtinetur per sanguinem Agni, extra quem si foret, nec hominum quisquam, nec Angelorum, qui sunt conservi sanctorum habent: um testimonium JESU, militare contra Draconem posset. Atq; ex hac divina militante itur incivitatem Dei triumphantem, quæ prout olim fuit solorum Angelorum: ita nunc est Angelorum & hominum ac spirituum electorum. Neq; alia ratio, quare vocati ex terrena ad divinam militarem, & ex hac porro ad triumphantem Dei vivi civitatem, accedere dicantur, ad myriadas Angelorum, ad panegyrim pri-mogenitorum in Cœlo jam conscriptorum ad spiritus suorum consumatorum. Heb. XI, 22, 23. Ita ergo ex Sanctis Angelis & hominibus una fit civitas Dei, nec duæ societas: sed una societas, non discreta: sed permista, Angelorum & hominum. Exciderunt illa celesti societate vel civitate Dei, magno numero Angeli: ad supplendas tantas Angelorum ruinas in superiorum Civium Angelorum societatem, quin, vel his ipsis vectoribus & comitibus, assumuntur haut minore numero, Justorum Spiritus, ipsiq; homines Sancti & Electi, sive tanta ad cœlum ascensura credatur multitudo hominum, quanta remansit multitudo sanctorum Angelorum, sive quæ Augustini l. 22. de Civ. Dei c. I. opinio fuit, Deus de mortali progenie merito justè, damnata tantum populum per gratiam suam colligat, ut inde suppleat ac instauret partem, que lapsa est, Angelorum, atq; sic illa dilecta & superna civitas non fraudetur suorum numero civium, quin etiam fortassis & uberiore læteatur. Habet alibi in Enchirid. c. 29. his consonantia: Placuit, inquit, Deo ex hominum parte reparata, quod angelicae societas ruina Diabolica minorerat, supplere. Hoc enim premissum est resurgentibus Sanctis, quod erunt AEQVALES ANGELIS. Itaque superna illa Hierusalem mater nostra, Civitas Dei, nulla civium suorum numerostate fraudabitur: sed uberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut sanctorum hominum aut immundorum Dæmonum novimus, in quorum locum succedentes filii S. marie Ecclesie, quæ sterilis apparebat in terra, in ea pace, de quâ illi cederant, sine ulla temporis termino permanebunt. Ceciderunt non inferioris solùm: sed & superiorum Ordinum Angeli Cherubini, Seraphini, Throni, Principes, potestates.

Affu-

Assumuntur, illisque Ordinibus in locum Apostatarum Angelorum, inseruntur homines Electi, Tales enim, ut ait Anselmus l. i. Cur Deus homo c. 18. oportet esse homines in illa civitate superna, qui pro angelis in illam assumuntur, quales illi futuri erant, pro quibus ibi erunt. Prolixius ceteris, hoc argumentum expedire laboravit Potho-Prumensis, in tractatu de statu domus Domini, et si pleraque descripsit ex Gregorio M. hom. 34. in Evangelia: Homo, inquit, ad ruinam apostatae angelorum supplendam conditus est: Unde ad instaurandum in singulis ordinibus numerum Angelorum, qui lapsi sunt sancti & electi homines, sicut divina providentia disposuit, assumuntur. Qui vero intra illorum ordinum consortium admitti non merentur, bi prosector extra electorum numerum inveniuntur. Qui enim societatem supernorum civium adipisci desiderant, necesse est ut ad initiationem celestium virtutum, dum adhuc in mortalib[us] h[ab]et vitam peregrinantur, mores & ritam informare studeant: qui idem haut abs re ad illud Isaiae VI. i. Finabriae ejus implebant, templum, est, inquit, hoc templum perpetuam mundilatitudinem constructum, in quo celestes virtutes ad explandas ministeria sua pro salute hominum solemnes agni excubias. Ceterum altius egressus Potho, & a μητροπολιτεια ευβατινων s. in illa, que nulla sive supernaturali scripturae, sive, naturali rationis luce præfulgente, vidit, pedem inferens, non potuit non celestia signa cremare, dum novem illos Angelorum ordines, velut de fide certos, afferit, dum in illos sub variis virtutibus totum electorum hominum exercitū distribuit. Unde enim fides IX. illis Ordinibus, qui adeò indigna Theologis temeritate, sine ullā dubitatione defenduntur? Vnde, quod Archangeli, (etsi in sacris N.T. illud nomen non nisi singulare, vel unius est) s. Principes Angelorum primarii? Unde quod Angeloi (quos in ultimo collocant ordinem, excluduntur illis ordinibus, quos numerat scriptura, sc (1) Thronis (2) Dominacionibus (3) Principatibus (4) potestatibus Coloss. I. 16. (5) Virtutibus I. Pet. III. 21. sic ut non Gabriel, summis legationibus Evangelicis ad mortaliū primarios, & in argumēto summo, ad ipsam Mariam την θεοτοκον Virginem incomparabilem, Legatus, non ipse Michael ὁ ἀρχάγγελος, sit unus ex superioribus illis Thronis, principatibus, potestatibus, multò minus ex Cherubino vel Seraphino, velut Angelis assistentibus: sed ex duobus ordinibus Inferioribus s. Angelis missis & ministrantibus? Sanè non ex alio fonte, quam pseudo-Dionysiacis, & fabulis Areopagiticas, in quibus illa de Angelorum in 3. classes & harum rur-

sus in 3.ordines divisione, omniq; illa τελῶν τελαδικῶν διαιρούμενων
ipsorumque ministeriorum & functionum, & assistentium eorundem-
que mittentium : ac ministrantium, eorundemq; missorum discrimine,
~~περιτολογίας~~, omnibus ante Dionysium Patribus ignota , Magno
quoque Gregorio hom.34 in Evangel. allegato primo omnium Dio-
nyvio Areopagita, improbatæ, & exemploseraphini, juxta Dionysium,
primi ordinis Angeli, ad Isaiam tamen cum prunâ missi Jes. VI. 4. in-
fractæ. Sanè Gabrielem Archangelum appellat, & non solum Danieli De-
miurgi non solum Zacharia : sed & Mariæ, velut Legatum s. inter-
nuncium Numinis, manifestasse adventum & incarnationem Christi scri-
bit Iren. l. 5. adv. haeres. Ettamen Gabrielem non inter Angelos solum
& Archangulos : sed inter ipsos quoque Seraphinos, & absolutè inter
omnes coelestes genios principem locum obtinere ex professo
tuentur Card. Viguerius in decachordo, Cælestinus super MISSUS serm.4.
Lyr. in Trisagio l. 1. sono 36 vid: etiam Thom. 3. p. q. 20. art. 2. allegatis
quoque Gregorio, & ibi Damasco: Ubi cum excipiant, ex singulari quo-
dam & extraordinario privilegio, etiam supremos illos Seraphinos ablegari, &
inferiores Archangulos vel Angelos ab ipso D E O immediate mitti, unde
probabunt illud ordinarium? Seraphinos sc. ordinariè non mitti, &
Archangulos ac Angelos, velut inferiorum coelestis Hierarchiæ ordi-
num Angelos, à superiorum Ordinum Angelis mitti? Hoc igitur sin-
gultur, non ex scripturis ullâ insigniori ratione probatur. Sed redimus
ad Civitatem Dei. Deficientibus celoque excidentibus tot ac tantis
Angelis, qui, si cum cæteris permanissent, firmati verbo Domini ex æ-
quo fuissent, ad supplendos Angelorum defectus assumuntur, & ne un-
quam cadere possint, confirmantur homines: quin juxta auream
Salvatoris sententiam, erunt ἡγγελοι s. aequales Angelu Luc. XX. 36.
seu, erunt ὡς ἡγγελοι θεῶν εἰς οὐρανῷ Matth. XXII. 30. De potestate
tenebrarum eruti, ad regnum Christi translati, ad eos jam Angelos per-
tinere cæpimus, cum quibus communis nobis erit sancta atque dul-
cissima Civitas Dei, eademque Theologia visionis, qui etsi nunc videmus
per speculum in enigmate, tamen ubi redditi erimus ἡγγελοι, videbimus
sic ut iam vident Angelii, imo videbimus Deum sicuti est I. Cor. XIII. 12. Ioh.
III. 2. Sed juvat de MICHAELE paucula commentari, & de illo
quoq; Pseudo - Michaele in Gargano Apulia monte Cryptam sibi de-
dicante, religiosum sui cultum mandante, remissionemque peccato-
rum

rum adorantibus se in illo spelao, præcelsi montis, promittente, vel de eodem Michaeli sive Autberto Episcopo, sive ante utrumque Romæ (ne huic Babyloni, superstitionis Acropoli, quicquam desit abominacionis) apparente, & in editis montibus, & vel inter nubes, in ipsâ Adriani mole, ubi nunc *Castrum S. Angeli*, tenuipla sibi & Oratoria consecrante, minutius scribere, de quibus, Roma, in Gargano Apuliae, in Galliis, Michaelis apparitionibus conf. Baron, in annal, ad a. C. 493 & 709. et si jam diu immissis illis inde à *Gargano* & in hujus montis cryptâ apparente, Michaeli Archangelo, superstitionis originibus, meliores, purissimasque Ecclesia Catholica substituit, totamque hanc solemnem anniversariam Angelorum ipsiusque Michaelis Archangeli memoriam, Conditori thronorum magno federis *Angelo*, abolitâ superstitione, pro merito jure consecravit. Non potuit ille in Gargano Michael (cui celebritatem festi hujus diei imputat Roma) esse Sanctus ille Michael Archangelus : sed ex Tartaro atraque caligine Spiritus, in *Angelum lucis*, ut sub lacido Angeli schemate speciosior apparet, & potentius falleret, assumto mentitoque nomine S. Michaelis, *transfiguratus*. Sanctus erat & ex illâ hierarchiâ Coelesti primarius, ipso Michaelie haut minor Angelus, qui cum in usitatus splendor & majestas *Angeli* oculos animosque Johannis sic perstrinxisset, ut hic jam poplite succiduo in adorationem rueret, acclamavit Johanni : *Vide ne feceris, Conservus tuus sum, & fratribus tuorum, habentium testimonium Iesu!* & ad Conditorem Angelorum Deum ablegavit: *DEUM*, inquit, *adora!* Apoc. XIX. 10. Quin cum ex admiratione excellentiae & virtutis Angelicæ, recidivata passus Johannes, denuo adoratione meditaretur, idem tonitru Angelicum, idem religiosi cultus sibi exhibendi interdictum audivit. *Vide ne feceris! Conservus tuus sum & fratribus tuorum Prophetarum & aliorum, qui servant verba Prophetie hujus:* Deum adora! c. XXII. 8. 9. Interdixit olim Paulus religiosum cultum angelorum Colossensibus: *Nemo, inquit, vobis ultra brabecum intervertat, in submissione & religioso cultu Angelorum, pedem inferens in ea qua non vidit* c. II. 18. Addit anathematum: *si vel Angelus de Cœlo aliter doceat, anathema esto!* Gal. I. 8. 9. Illi ergo in Gargano Michaeli anathema scripsit Paulus. Subscriptis, quæ in Codice Canonum Ecclesiæ universæ jam olim fulget, Laodicena Synodus can. 35. Non operter Christianos Ecclesiæ Dei relinquere, & abire, & Angelos nominare & congregations facere quod est prohibitum: *Si quis ergo inventus fuerit, huius occultæ idololatriæ serviens, sit ANATHEMA.* Quia ut per Corpus MOSIS velu

velut Doctoris & Principis incomparabilis, prout dein per Martyrum
memorias & auro fulgentia sepultra ac templo, ab unius veri Dei cultu
ad idololatriam, suique cultum, sub schema sanctissimorum, propelle-
ret, nitenti Diabolo, opposuit se vehementissimâ disputatione versus MI-
CHAEL, Archangelus, unius conditoris adorandi majestatis defensor &
Zelota flagrantissimus, ipsumq; Archidæmonem attonuit illo fulmine: In
creper te DOMINVS! Neque vero id satis Diabolo serpenti antiquo, qui
illum Michaelis in Gargano characterē ostendit in genere humano per-
suasā divinitatis æqualitate miserè seducto, ostendit in impuden-
tissimo, quo ipsum Dominum Jesum Latriam s. Duliam proscit, po-
stulato: Hec omnia tibi dabo, si prostratus adoraveris me! Ostendit in tot Ora-
culis, per quæ adorationē cultumq; solidō debitum sibi asserere voluit
Spiritus impurus. Ostendit præcipue in ipso primo peccato & præ-
lio in celo. Juvat de duobus illis militiae cœlesti, & infernali Antesigna-
nis Michaeli archangelo & Diabolo, eorumque nominum originibus, pias
veterum quorundam Patrum & Theologorum sententias audire. Igitur
Angeli omnes simul facti sunt, lux sancti sunt, omnes, ut sapienter bea-
teque viverent illuminati, à quâ illuminatione aversi, non obtinuerunt
excellentiam sanctæ & beatæ illius vitæ, quæ non nisi æterna, & æterni-
tatis sue est certa ac secura. Postquam, igitur Angeli in i. Instanti
Creationis sue, ipsum Patrem & Verbum & Spiritum S. eamque esse in-
separabilem Trinitatem, & Vnum Deum, Creatorem, sanctificatorem
ac remuneratorem cognoverunt, eumq; singulari quâdam charitate
super omnia dilexerunt, in secundâ morâ, ex piâ Catholicorum veterum
sententiâ, propositus Angelis omnibus Filius Dei fuerit, ut incarna-
dus, introductus, sic ille primogenitus omni creaturæ in orbe angelico, & re-
præsentatus futurus esset, cum tali elogio seu peculiari præ-
cepto: Adorate eum omnes Angeli Dei! Postulatum sc. ut Angeli Christo fu-
turo homini reverenter se subjicerent, & sanctissimum Mediatoris
hominis Jesu Christi, ut par erat, nomen adorarent. Repugnaverit
mox illi præcepto injuriosum id sibi interpretatus, Vnus ingentis Ange-
lorū turmæ ductor, Princeps, & sive ex excellentiæ angelicæ admiratione,
sive ex majoris ipsiusque divinæ contrariâ planè DEO incarnato, ambi-
tione adorationem, sibi verius, quam à se DEO incarnando deberi, ra-
tus, inter Angelos seditionem fecerit, quin rebellionem parem An-
gelis omnibus persuadere conatus fuerit, è quibus ingenti numero, ut
impi-

impiissimo subscriberent consilio, Angelos permovit, unde me ante-signanus, pacis Angelicæ turbator, simul *adversari* cœperit Verbo Dei, quo ceteri Angelis sunt firmati, SATANÆ, velut adversarii, prout mox, quando hominem aggressurus, serpentem est ingressus, ipsumq; Deum apud homines, & homines dein apud Deum criminatus, serpentis antiqui & Diaboli, & magis magisque in pœnus proficiens, quando cum fallaciâ, quâ universum orbem seduxerat, vim quoque majorem copulavit, quâ Reges & Principes ac superbos homines, ad persequendum & occidendum electos propter verbum Dei, impulit, *Draconis imo Draconis magni, Draconis rufi, habentis capita septem*, nomina reportaverit. Illi apostasie & rebellionis Autori confessim sese opposuerit aliis Angelorum Princeps, & ad obediendum Deo, adorandumque sanctissimum Christi assertoris generis humani nomen, ceteros induxit, quin illi apostatarū Antesignano classicum illud: *Quis sicut Deus?* intonuerit, quo symbolo ad imitationem Ducis cetera aëies sua pugnaverit, vicerit, & hostilem Ducem cum suis complicibus ab arce coelesti fulminaverit, ex quo magno & mirabili certamine, & illo triumphali symbolo, Primas caelestis exercitus & Archangelus, qui & tunc in celo victor effulgit, & nunc in Ecclesiâ, quæ ad cœlum tendit, pulcherrimum illud MICHAELIS nomen retulerit. Conf. Augustin. l. 5. de Genesi, ad literam, ubi probat, *Angelos ex revelatione illâ primâ non latuisse illud mysterium, quod nec latuit adamum integrum* conf. Gen. 2. 23. 24. Ephes. V. 31. 32. pro quo surgeatur ab aliis illud, iterum, seu Πάλιν ad Hebr. I. 6. Bis sc. juxta illos Christus presentatus fuerit Angelis ut adorandus, semel in horum creatione, & iterum in incarnatione conf. quoq; Rupertus l. 1. de Victoria Verbi Dei c. 18. 19. 20. Ita satis appareat, quam sub rubicundo illo MICHAELIS in Gargano, latuerit pallio, DRACO magnus, quamque & ille & defensores cultus religiosi Angelorum anathemate percussi sint, Angelico, Apostolico, Synodico, Catholico, adeò ut habeant hic Pontificii annulum cohærentiæ suæ, non cum veteribus Essenis solum de quibus vid. Josephus sed & cum hæreticis Angelicis in Angelorum cultum inclinatis vid. Aug. hæref. 39. Isid. l. 3. orig. c. 5. Epiph. hæref. 60. & juxta Baron. ad a. c. 60. cum Cerinthianis, imo illis ipsis Colossensibus Michaelis Archangeli adoratoribus, qui Colossis ingens & Michaeli Oratorium extruxerant, & prout Theodoreus loquitur, ad Angelos colendos inducebant (quos Baronius tamen mirâ vertigine agnoscit non fuisse Cerinthianos: sed Catholicos) imo cum ipso Pseudo-Michaeli &

le & Dæmone cultus talis Angelici assertore. Sanè Theodoretus in expl. Colos. c. 18. *Hæretici*, inquit, *fuere*, qui *Colossenses ad Angelos induxerant*: *mansit diu hæc hæresis in Phrygiâ & Pisidiâ*; *quocirca*, *Synodus, que convenit Laodiceæ, Metropoli Phrygiæ, lege prohibuit*, NE PRECARENTUR ANGELOS. Agnoscat Papismus Antecessores suos hæreticos! Quantò sanctiis fidem veteris Ecclesiæ testatur Irenæus l. 2. c. 58. Ecclesiæ inquit, per universum mundū diversa beneficia à Deo accipiens non invocationibus Angelicis facit aliquid; sed mundè, purè & manifestè orationes dirigit ad Domini nun. qui omnia fecit, & nomen Domini nostri Iesu Christi, & Orig. contra Celsum lib. 8. Non jubemur Angelos adorare, aut divinis honoribus colere, quamvis dona Dei nobis afferant. Omnia enim vota, omnes interpellationes, deprecationes & gratiarum actiones destinandæ sunt ad Deum, rerum omnium Dominum, per maiorem omnibus Angelis summum pontificem vivum verbum & Deum. Et hæc nostrarum ostendunt consonantiam Ecclesiarum cum Catholicâ veteri, & illo MICHAELE ARCHANGELO: Pontificiorum, quæ hoc argumentum, cum Diabolo, quos nequaquam juvare potest futilis illa inter *Latriam & Duliam* distinctio, juxta quam integra Diabolo adorationem postulanti contra Christū, opponentem illud stereoma Mosaicum: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies!* relecta fuisset exceptio, sc. intelligi ibi *Latriâ* duntaxat, quæ debeatur soli Creatori, non *Duliam religiosam*, quæ debeatur quoque *Creature Angelice*, & sibi Angelo principi, nec per hanc adeo, Idolatriam exerceri. Sed redeundum ad institutum. Graviter magno nostro Chemnitio monitum in Locis Theolog. est: *Quia scriptura nominat Angelos, MICHAELEM, GABRIELEM, RAPHAELEM* appellatum est Festum Michaelis, ut ipso nomine admoneremur, quid potissimum in hac vitâ de Angelis discere, quidve de ipsis credere & novisse debeamus. De MICHAELE enim dicit scriptura, quomodo pugnet contra Draconem, & Angelos ipsius pro Ecclesiâ Apoc. XII. 7. & in Epist. Iud. v. 9. quomodo idem ministerium emittatur in Politia Dan. X. 13. 21. &c. XII. 1. Et unde orta sunt Idolatria circa corpora sanctorum? Lege Epistolam Iudee, & invenies causam primam assignari Diabolo, qui cum idolum vellet instituere, MICHAEL pugnat: estque pulcherrimum dictum Dan. XII. 1. MICHAEL stat pro filio populi Dei. Hoc modo veniendum est ad beneficia & custodiā bonorum Angelorum: nec in Angelis tantum hæreamus: sed si- cur MICHAEL dicit: Apoc. XII. II. Vicerunt Draconem in sanguine agni, & in verbo testimonii sui. Nomen ergo festi MICHAELIS admonet tractandum esse

esse de malis & bonis Angelis. Et sanè propter solos' nos, omnis nunc MICHAELIS & Angelorum ejus, cum Dracone ejusdemq; Angelis pugna est. Nec Angelus in Apocalypsi clamat: *Vae nobis* (neq; enim Angelis, plenam jam summæ beatitudinis, quanta esse in Angelis potest, securitatem, consummatamq; felicitatem adeptis, à Diabolo, totaq; illâ Infernali Tartariâ periculum) sed: *Vae robu terra & mari incolis*: nam ad vos descendit Diabolus excandescentia magna plenus Apoc. XII, 12. Nec aliis MICHAELI, illi militiae coelestis Angelo principi, adversarius est, quam qui nobis, DIABOLUS, Leo, & quidem rugiens, ambulans, querens quem absorbeat 1. Pet. V. 8. ut sit lucta nobis, adversus Principatus illos, adversus imperia, potestates mundi, tenebrarum seculi hujus imperatores, adversus improbitates illas, tanto potentiores, quanto magis spirituales, adversus ipsos Satrapas olim celestes, nunc, postquam celo beatorum presunt, in ipso sublimi per aerem, universamq; terram variis fere & admirandis sèpè operationibus ostendentes Eph. VI, 12. Turbant in Ecclesiâ. Vnde enim Zizania inter triticum? Respondetur in parabolâ Matth. XIII, 28. *Inimicus hoc fecit.* Vnde quod novissimum tempore tot ac ranti desciscant à fide? Spiritus disertè dicit fore id, quia attendent Spiritibus deceptoribus & doctrinâ demoniorum I. Tim. IV, 11. Unde magna illa Apostasia, revelatio AntiChristi, illius scelerati, quem Dominus absumeret spiritu oris sui, & illustri adventu suo abolebit? Respondit jam olim Paulus: *Adventus illius erit, ex efficaci operatione Satana cum omni potentia, & signis ac prodigiis mendacibus.* 2. Thess. II, 3. 9. Turbant in Politia, Impellunt Davidem ad ambitiosam, LXX. Chiliadibus Israelitarum cæsis expiatam populi Arithmetican. I. Chron. XXI, 1. 2. Sam. 24. 15. Expugnat etiam reluctantis consilio crudeli Satrapico, Darii animos, ut decernat Danieli contubernium Leonum, absumento, nisi in spelæum idem misisset Deus Angelum occidentem ora Leonum Dan. VI, XXIII. Turbant in Oeconomia, & sive in ipsis thalami rudimentis sive mox post sparsas nuces, movent sèpè atram bilem, impellunt ad truculentiam maritos: ad odia, oppositamq; amaritudinem, potestatisq; maritalis (ubi in Despoticam exit) iracundam excussionem, uxores. Inde dissidia; Inde diuturna divortia, sic ut nulla remaneat Matrimonii seu Conjugii umbra, quod *Viri & mulieris conjunctionem & individuam vitæ consuetudinem* Imperator sanctissimè definivit. Insidiantur cunctis, &c, citra ordinis vel ætatis exceptionem, singulis, Infantibus, ad adultam ætatem proiectis, senibus, & tanto magis his, quanto suæ metæ per naturale virium deliquum propiores sunt. Militant contra illos MICHAEL & Angelij ejus. Militant pro Ecclesiâ.

In

in quā cum personet Legis & Evangelii Doctrina, per quos ordinata Lex? Sanè per ANGELOS Gal. III. 19. Per quos primò omnium patefactum Evangelium in ipsa N.T. aurorā? Per Gabriēlē in templo apud Sachariam, per eundem apud Mariam, per ejusdem militiae Angelum Evangelistam, & totam celestis exercitus multitudinem in campo Bethlehemitico Luc. I. 19. 26. c. II 9. 13. nec quicquam dein sive ipsi Domino συνάστη ἐν ιησού, sive Apostolis insignioris Theatri fuit, cui ANGELORUM praesentia & expromptum fulgidissimumque ministerium defuerit. Testis universa historia Evangelica, & Actus Apostolorum. Militant pro Politia, adest Danieli Oratori angelus internunciis, futuram Judæorum Politiae historiam universam perorans. Militat contra turbatores Archidæmones Persicæ & Græcicæ, Satrapa cœlestis, ejusdemque adiutor MICHAEL Princeps Israëlis Dan. c. IX. & X. Verè enim, & præfulgentे scripturæ luce, Basilius, l. 3. cont. Eunom, Angelorum, inquit, aliū gentibus præpositi sunt, alii fidelium singulos consequuntur: quantum verò gens uni viro præponenda est, tantò majorem necesse est esse dignitatem Angeli genti pricipantis dignitate eorum, quibus singulorum tutela commissa est, conf. Theodor. q. 3. in Genes. Isid. Hisp. l. 1. Sent. c. 10. Gregor. l. 17. moral. c. 8. [alias 7] Militant pro Oeconomia. Testis Raphael in Tobiâ. Militant pro ipsis parvulis, quorum propterea non contemnendorum Angeli semper vident faciem patrii cœlestis Matth. XIIIX. 10. Militant pro conservis, nobis, fratribusque nostris, quos ὁ Διάβολος criminatur, in conspectu Dei nostri die ac nocte Apoc. XII. 10. Igitur HOC AGITE! Diabolo resistite, armaturam Dei induite, & ne in tentationem incidatis. VIGILATE ET ORATE! Deterreat à peccato, consideratio præsentia Angelii custodis iugiter assistentis & nostris mortalium auctibus Superintendentia. Quantam, inquit Bernhardus Serm. in Ps. hoc verbum: Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, quantum, inquam, hoc tibi debet inferre reverentiam, afferre devotionem, conferre fiduciam! Reverentiam, pro presentia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia. Cautè ambula, velut cui adsunt Angelii, sicut eis mandatum est: in omnibus viis tuis. In quoib[us] diversorio, in quoib[us] Angulo, reverentiam habe tuo Angelo. Tunc auderes Angelo presente, quod me præsente non auderes? Inducat vel in hoc ipso solemni MICHAELIS hanc bonam voluntatem Conditor Angelorum ὁ γεντοκέρτωρ, ut per illam cum Angelis simus, cum Angelis jam nunc vivamus, cum Angelis DEUM Trinum purè colamus, & Ἰακώποις redditi, ante thronum Agni Canticum novum Canamus!

P.P. ipso die sacro MICHAELIS Anno
cl. 1666 LXIX. sub Sigillo Academicu
Rectoratus.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn733988660/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn733988660/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn733988660/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn733988660/phys_0016)

DFG

esse de malis & bonis Angelis. Et sanè propter solos nos, e
 LIS & Angelorum ejus, cum Dracone ejusdemq; An
 gelus in Apocalypsi clamat: Væ nobis (neq; enim Ange
 beatitudinis, quanta esse in Angelis potest, securita
 licitatem adeptis, à Diabolo, totaq; illà Infernali Tart
 robus terræ & maris incolis: nam ad vos descendit Diabol
 plenus Apoc. XII, 12. Nec aliis MICHAELI, illi milit
 cipi, adversarius est, quām qui nobis, DIABOLUS, Leo
 ambulans, querens quem absorbeat 1. Pet. V. 8. ut sit li
 patus illos, adversus imperia, potestates mundi, tenebrar
 res, adversus improbitates illas, tanto potentiores, q
 adversus ipsos Satrapas olim celestes, nunc, postquam
 p̄funt, in ipso sublimi per aerem, universamq; terrar
 dis sēpē operationibus ostendentes Eph. VI, 12 Turban
 Zizania inter triticum? Respondetur in parabolâ Mat
 fecit. Vnde quod novissimi hu temperibus tot ac tanti de
 serit dicit fore id, quia attendent Spiritibus deceptoribus
 I. Tim. IV, 11. Unde magna illa Apostasia, revelatio a
 quem Dominus absumer spiritu oris sui, & illustri adventu
 jam olim Paulus: Adventus illius erit, ex efficaci oper
 tentia, & signis ac prodigiis mendacibus. 2. Thess. II,
 Impellunt Davidem ad ambitiosam, LXX. Chiliadib
 piatam populi Arithmeticam. I. Chron. XXI, 1. 2. S
 iam reluctantis consilio crudeli Satrapico, Darii anim
 contubernium Leonum, absumento, nisi in spelæ
 Angelum occidentem ora Leonum Dan. VI, XXIII. Tu
 sive in ipsis thalami rudimentis sive mox post
 sēpē atram bilem, impellunt ad truculentiam in
 positamq; amaritudinem, potestatisq; maritalis (ubi
 cundam excusionem, uxores. Inde dissidia; Inde di
 nulla remaneat Matrimonii seu Conjugii umbra, c
 junctionem & individuam vite conseruidinem Imperat
 Insidiantur cunctis, &, citra ordinis vel atatis ex
 fantibus, ad adultam atatem proiectis, senibus
 quantò suæ metæ per naturale virium delinquim
 litant contra illos MICHAEL & Angeli ejus.



the scale towards document

ICHAE
 Nec An
 n summæ
 tamq; fe
 sed: Væ
 & magnæ
 elo prin
 giens, ob
 sus Princi
 imperato
 pirituales,
 prosciri
 admiran
 nde enim
 imicus hoc
 spiritus di
 moniorum
 scelerati;
 Respondit
 n omni po
 n Politia;
 cæsis ex
 ugnat et
 at Danieli
 fset Deus
 nomiā, &
 , movent
 dia, op
 n exit) ira
 a, sic ut
 ulieru con
 definivit.
 ngulis, In
 nagi his,
 t. Mi
 Ecclesiâ.
 In

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. _____